



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

11. An si donativum adhuc duraret, per multos annos, possit ex nunc pro tunc fieri alia nova prorogatio ad alias annos? Ex p. 1. t. e. r. 24.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

# Dé Comitijs seu Parlamento. Ref. XI. &c. 375

eam, qua fruatur, pacem; quis non vltro Regi tributa offerat, vt pacem conseruet, & conservatam augeat? Sed contra fieri videmus, vt homines hac non perpendentes; ex alia verò parte, nouam exactiōnem considerantes, & ægrè ferant, & contra Regem obmurmurent, fine causa tamen, & iniuste.] Hæc Vñquez multum conductuā ad iustitiam primā cauā impendi tributa, & præbendi donatiū, nempe, propter bonum commune, & necessitatē Sereniss. Regis. Intellige tamen hac omnia, concurrente forma, quæ de qua dicimus in Ref. 5. Et quando non obstant leges municipales alicuius Regni: & in terminis, de quibus Aponte in tr. de potest. Proreg. tit. 4. §. 1. n. 4. Sed aliam non minùs necessariam quæstiōnem, circa p[re]sentem materiam, attingamus.

## RESOL. XI.

An si donatiū adhuc duraret per multos annos, posse ex nunc pro tunc fieri alia nona prorogatio ad alias annos? Ex p. 1. tr. 3. Ref. 24.

§. 1. R espondeo negatiū propter accidentia, quæ possunt euenire tempore medio, quæ efficaciter potest prorogationem donatiū iniustam: eorum enim est etiam habenda ratio, vt patet ex l. s. quis domum §. idem querit, ff. locari. §. illud quæsum. vbi Glosa fin. inf. de rer. diuis. Bart. in l. s. idem §. finiam. num. 5. ff. de invijd. omn. Iud. & in l. inter stipulantem. §. sacram. num. 7. ff. de verb. oblig. Et ita in causa simili, de prorogatione cuiusdam donatiū, facienda in Regno Neapolitano, notauit Valenzuela conf. 99. punct. 3. n. 5. 2.

## RESOL. XII.

Vtrum, si adhuc iusta causa præbendi donatiū, possint Proreges illud extorquere à Parlamentariis per vim, & metu? Ex p. 1. tr. 3. Ref. 25.

§. 1. R espondeo affirmatiū cum Basilio Pontio Legionensi in trall. de impedim. matrimonij, causa 31. quest. 1. §. 11. vbi sic ait: [ Hinc etiam conquerenter infurta, concessionem vestigium, aut noui tributi, quæ Comitijs coactis fieri solet etiamsi extorqueatur metu reverentias, aut quovis alio gravi, valere quidem in conscientia, nec Principem obnoxium esse restituunt: illa enim concessio non pertinet ad liberalem donationem, atque idem nec exigit plenum voluntarium. Ea enim tributa Regi conceduntur, quod, & Regnum tueantur, & Regni hostes debellent, aliaisque publicis necessitatibus subvenient. Vnde, neque etiam iure positivo, est ea concessio irita. Imo, si causa, que ad exigendum tributum requiruntur, sint vere iusta, & alter illis necessitatibus commode subveniri non possit, nec peccat Princeps vim infestando Regnorum Procuratori bus, nec enim ea vis, aut metus iniustus esse potest, sic causa iusta sunt exigendi tubata.] Hac Potius: que quidem vera sunt, led attendant Proreges in talibus, non solum, si adhuc iusta causa exigendi donatiū in ordine ad necessitatē Regis; sed etiam in ordine ad vires Regni: nam, *Hoc opus, hic labor est.*

## RESOL. XIII.

An quando vassalli, & vniuersitatis sunt multum onerata, possit, & debeat Rex non impouere no-

rum tributum, nec requirere donatiū, sed minuere, vel suspendere gratias, & pensiones aliquibus assignatas? Ex punct. 1. tract. 3. Ref. 14.

§. 1. A ffirmatiū respondeo cum Valenzuela Sup. hoc infra in Ref. cons. 99. punct. 2. num. 69. & seqq. & 35. §. In Ref. Aponte in tr. de potest. Proreg. tit. 5. num. 21. & 14. & in tom. 6. tr. 3. Ref. seq. vbi ita afferit: [ Quando causa publica utilitas imminet; & in specie, quando redditus Regni attendat. Lectio] nequeunt incumbenti Reipublica subvenire, & sustinere; tunc potest Princeps suspendere pensiones, concessiones ipsas, per etiam tollere, etiam quod sint concessæ ex causa remuneracionis: quia publica utilitas preferitur priuatæ.] Et ex multis aliis rationibus, & iuribus firmat, quod tales concessiones debent intelligi submissæ huic periculo, & talibus oneribus, vi ille solvantur, quatenus Regni necessitates alia non requirant: nec aliam intentionem habuisse Regem in illis concedendis probat. Vnde tandem in hæc verba prorupit: [ Hæc ante oculos, optimi Gubernatores Regnorum habere debent; & sic interpretando Regis intentionem, suspendere execuções, certiorare Regem, ilfumque consulere de omnibus, & non inordinate, abique alia causa cognitione, execuções talibus concessionibus praestare, contra Deum, & Rempublicam. Ex quibus tam ingentia mala oriuntur in depopulationem, & exterminationem Regni, ex nouis impositionibus, nouis donatiūs, & innumerabilibus, & intolerabilibus angariis, & vexationibus.] Ita Aponte, qui vt superius dixi, late, & doctissime, vt semper solet, hanc sententiam firmat. Adi illum, & non pigebit.

## RESOL. XIV.

Vtrum Episcopi, & Ecclesiastici teneantur vocati accedere ad Parlamentum, ita ut contravenientes possint expelli à Regno tanquam inobedientes mandatis Regis? Ex punct. 1. tract. 3. Ref. 23.

§. 1. Q uod teneantur vocati accedere, loquens sup. hoc in strillis de Magist. tom. 2. lib. 5. cap. 1. 3. num. Ref. 24. & 25. 36. & præter DD. quos ipse citat, tenet etiam §. verum & hanc sententiam Olban. de iur. sacer. cap. 10. Vnde, & in num. 9. Sed difficultas est, an contravenientes possint puniri? vt supra. Affirmatiū respondet 326. §. 7. Bobadilla lib. 2. polit. cap. 10. num. 66. vbi ait & seqq. Es de aduerir, que esta obediencia a los reales mandados, ligas, y comprende tambien a los Obispos, y Prelados, y otras personas Ecclesiasticas, quando se les manda comparecer, o otras cosas permitidas, por cuya contumacia, y transgression pueden los dichos Ecclesiasticos ser hechados de los Reynos. Idem docuit Pereira de manu regia, cap. 12. num. 12. Hevia in Curia Philippica, punct. 1. §. 5. num. 35. Humada in lib. 65. tit. 5. punct. 1. in glos. 9. fol. mibi 17. column. 4. Cœallos tract. de cognit. per viam violentia, glos. 6. num. 65. Azeved. tom. 2. lib. 4. tit. 1. lib. 4. num. 12. Cenedo in quest. canon. quest. 45. num. 24. & alii penes ipsos; & Bobadilla, vbi supra cap. 18. num. 62. Sed hanc sententiam nos in Tract. de imm. ecclesiastica, Ref. 1. 7. satis refutauimus, probantes, non posse Principes seculares, expellere Episcopos extra Regnum: idem ad alia procedamus.